

DOMINICA VI PASCHÆ

AD I VESPERAS

Hymnus Ad cenam Agni providi, p. 199.


Antiphona 1

Io 14, 6

viii g

E

-go sum vi-a, \* vé-ri-tas et vi-ta, al-le-



lú-ia alle-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 118, 105-112


- 105 Lucerna p̄dibus meis verbum tuum \*  
et lumen s̄mitis meis.
- 106 Iuravi et st̄tui \*  
custodire iudicia iustitiæ tuæ.
- 107 Humiliatus sum usquequaque, \*  
Dómine, vivifica me secúndum verbum tuum.
- 108 Voluntaria oris mei beneplacita sint, Dómine, \*  
et iudicia tua doce me.
- 109 Anima mea in manibus meis semper, \*  
et legem tuam non sum oblitus.
- 110 Posuerunt peccatores láqueum mihi, \*  
et de mandatis tuis non erravi.
- 111 Hereditas mea testimonia tua in ætérnum, \*  
quia exsultatio cordis mei sunt.
- 112 Inclina vi cor meum ad faciendas iustificaciones tuas \*  
in ætérnum, in finem.

Antiphona 2

viii g

C

Ru-ci- fíxus surré-xit \* ter-ti- a di- e de sepúlcro,



alle-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 15

- 1 Consérva me, Deus, \*  
quóniam speravi in te.
- 2 Dixi Dómino: «Dóminus meus es tu, \*  
bonum mihi non est sine te».
- 3 In sanctos, qui sunt in terra, ínclitos viros, \*  
omnis volúntas mea in eos.
- 4 Multiplicántur dolóres eórum, \*  
qui post deos aliénos acceleravérunt.
- 5 Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus \*  
neque assúmam nómina eórum in lábiis meis.
- 6 Dóminus pars hereditatis meæ et cálicis mei: \*  
tu es qui détines sortem meam.
- 7 Funes ceciderunt mihi in præcláris; \*  
ínsuper et heréditas mea speciósá est mihi.
- 8 Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intelléctum; \*  
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me renes mei.
- 9 Proponébam Dóminum in conspéctu meo semper; \*  
quóniam a dextris est mihi, non commovébor.
- 10 Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultavérunt præcór-  
dia mea; \*  
ínsuper et caro mea requiescet in spe.
- 11 Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno \*  
nec dabis sanctum tuum vidére corruptiÓNem.
- 12 Notas mihi fácies vias vitæ, † plenitúdinem lætitiæ cum vultu  
tuo, \*  
delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Antiphona 3


Lc 24, 46

viii g

O

-portébat \* pa-ti Chris-tum et resúrge-re a





mór- tu- is, alle-lú-ia. E u o u a e.

CANTICUM Phil 2, 6-11

- <sup>6</sup> Christus Iesus, cum in forma Dei esset, \*  
non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo,  
<sup>7</sup> sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, \*  
in similitudinem hominum factus;  
et habitu inventus ut homo, †<sup>8</sup> humiliavit semetipsum factus  
obediens usque ad mortem, \*  
mortem autem crucis.  
<sup>9</sup> Propter quod et Deus illum exaltavit † et donavit illi nomen, \*  
quod est super omne nomen,  
<sup>10</sup> ut in nomine Iesu omne genu flectatur \*  
cælestium et terrestrium et infernorum,  
<sup>11</sup> et omnis lingua confiteatur: \*  
«Dóminus Iesus Christus!» in glóriam Dei Patris.

Lectio brevis

1 Petr 2, 9-10

Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, pópulus in acquisitionem, ut virtutes annuntiétis eius, qui de ténébris vos vocávit in admirábile lumen suum; qui aliquándo non pópulus, nunc autem pópulus Dei; qui non consecúti misericórdiam nunc autem misericórdiam consecúti.

Post lectionem, responsorium breve Surrexit Dominus, p. 214.


Antiphona ad Magnificat

Io 16, 5.6




V

Ado ad e-um \* qui mi-sit me; sed qui- a hæc



locú-tus sum vo-bis, tris-tí-ti-a implévit cor vestrum,



alle-lú-ia. E u o u a e.

Canticum Magnificat invenitur p. 767.

Preces

Christum, qui resurgens a mórtuis mortem destrúxit vitámque renovávit, instánter invocémus:

℟. Christe, semper vivens, exáudi nos.

Tu, lapis, quem reprobavérunt ædificántes, factus es in caput ánguli; nos in Ecclésia tua ut lápides vivos ædifica. ℟.

Tu, testis fidéls et verus, primogénitus ex mórtuis, tuæ tribue Ecclésiæ te indesinénter testificári. ℟.

Tu, únice sponse Ecclésiæ e látere tuo exórtæ, redde nos nup-tiális illius testes sacraménti. ℟.

Qui es primus et novíssimus, fuísti mórtuus et vivis, baptizátos serva usque ad mortem fidéles, ut coronam accíperere mereántur. ℟.

Tu, lux et lucérna sanctæ Dei civitátis, defúntcos nostros illústra, ut in perpétuum regnent. ℟.

Oratio conclusiva

Fac nos, omnipotens Deus, hos lætitiæ dies, quos in honórem Dómini resurgéntis exséquimur, afféctu sédulo celebráre, † ut, quod recordatióne percúrrimus, \* semper in ópere teneámus. Per Dóminum.

AD II VESPERAS

Hymnus Ad cenam Agni providi, p. 199.

## Antiphona 1

Ps 28, 10

iv\* e

**S** Edé-bit \* Dómi-nus rex in æ-térnum, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

## PSALMUS 109

- 1 Dixit Dóminus Dómino meo : \*  
«Sede a dextris meis,  
donec ponam inimicos tuos \*  
scabéllum pedum tuórum ».
- 2 Virgam poténtiæ tuæ emittet Dóminus ex Sion : \*  
domináre in médio inimicórum tuórum.
- 3 Tecum principátus in die virtútis tuæ, † in splendóribus sanctis,\*  
ex útero ante lucíferum genui te.
- 4 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum : \*  
«Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchí-  
sedech ».
- 5 Dóminus a dextris tuis, \*  
conquassábit in die iræ suæ reges.
- 7 De torrénite in via bibet, \*  
proptérea exaltábit caput.

## Antiphona 2

Ps 113, 9

viii g

**N** Omi-ni tu-o, \* Dómi-ne, da gló-ri-am, alle-lú-ia.

E u o u a e.

## PSALMUS 113 B

- 1 Non nobis, Dómine, non nobis, † sed nómini tuo da glóriam \*  
super misericórdia tua et veritáte tua.
- 2 Quare dicent gentes : \*  
«Ubi est Deus eórum?».
- 3 Deus autem noster in cælo ; \*  
ómnia, quæcúmque vóluit, fecit.
- 4 Simulácra géntium argéntum et aurum, \*  
ópera mánuum hóminum.
- 5 Os habent et non loquéntur, \*  
óculos habent et non vidébunt.
- 6 Aures habent et non áudient, \*  
nares habent et non odorábunt.
- 7 Manus habent et non palpábunt, † pedes habent et non am-  
bulábunt ; \*
- 8 non clamábunt in gútture suo.
- 9 Similes illis erunt, qui faciunt ea, \*  
et omnes, qui confidunt in eis.
- 10 Domus Israel sperávit in Dómino : \*  
adiutórium eórum et scutum eórum est.
- 11 Domus Aaron sperávit in Dómino : \*  
adiutórium eórum et scutum eórum est.
- 12 Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino : \*  
adiutórium eórum et scutum eórum est.
- 13 Dóminus memor fuit nostri et benedícet nobis : † benedícet  
dómui Israel, \*
- 14 benedícet dómui Aaron,
- 15 benedícet ómnibus, qui timent Dóminum, \*  
pusillis cum maióribus.
- 16 Adiciat Dóminus super vos, \*  
super vos et super filios vestros.
- 17 Benedícti vos a Dómino, \*  
qui fecit cælum et terram.
- 18 Cæli, cæli sunt Dómino, \*  
terram autem dedit filiis hóminum.
- 19 Non mórtui laudábunt te, Dómine, \*  
neque omnes, qui descéndunt in siléntium,
- 20 sed nos, qui vívimus, benedícimus Dómino \*  
ex hoc nunc et usque in sæculum.

## Antiphona 3

Ap 7, 12

viii g

**B** E- ne-díc- ti- o \* et clá-ri- tas et sa- pi- énti- a  
 et gra- ti- á- rum ác-ti- o, honor, vir- tus et for- ti- tú-  
 do De- o nostro in sæcu- la sæcu- ló- rum. A- men. Alle-  
 lú-ia. E u o u a e.

*Antiphona ad canticum dicitur modo troparii ante et post canticum.*

## CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7

**S** A-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, R. Alle-  
 lú-ia. V. Qui- a ve- ra et iusta iu- dí- ci- a e- ius, R. Alle- lú-ia,  
 al- le- lú-ia. V. Laudem dí- ci- te De- o nostro, omnes servi  
 e- ius, R. Alle- lú-ia. V. Et qui tímé- tis e- um, pu- sílli et ma-

gni, R. Alle- lú-ia, alle- lú-ia. V. Quó- ni- am regná- vit Dó-  
 mi- nus, De- us noster omní- pot- ens, R. Alle- lú-ia. V. Gaude- á-  
 mus et exsultémus et demus gló- ri- am e- i, R. Alle- lú-ia,  
 alle- lú-ia. V. Qui- a vené- runt núpti- æ Agni, R. Alle- lú-ia.  
 V. Et uxor e- ius præpa- rá- vit se, R. Alle- lú-ia, alle- lú-ia.  
 V. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o R. Al- le- lú-ia. V. et Spi- rí- tu- i  
 Sancto. R. Alle- lú-ia, alle- lú-ia. V. Sic- ut e- rat in princí-  
 pi- o, et nunc et semper, R. Al- le- lú-ia. V. et in sæ- cula sæ-  
 cu- ló- rum. Amen. R. Alle- lú-ia, alle- lú-ia.

## Lectio brevis

Hebr 10, 12-14

Christus, una pro peccâtis oblâta hóstia, in sempiternum consédit in dextera Dei, de cétero exspéctans, donec ponântur inimíci eius scabéllum pedum eius; una enim oblatióne consummâvit in sempiternum eos, qui sanctificântur.

Post lectionem, responsorium breve Surrexit Dominus, p. 214.

## Antiphona ad Magnificat

ANNO A

Io 14, 19

va

**A** Dhuc mó-di-cum \* et mundus me iam non videt;  
vos autem vidé-bi-tis me, qui-a e-go vi-vo, et vos vi-  
vé-tis, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Canticum Magnificat invenitur p. 769.

ANNO B

Io 15, 16

viii g

**N** ON vos me e-le-gís-tis, \* sed ego e-lé-gi vos  
et pó-su-i vos, ut e-á-tis et fructum affe-rá-tis,

et fructus ves-ter má-ne-at, alle-lú-ia. E u o u a e.

Canticum Magnificat invenitur p. 771.

ANNO C

Io 14, 28

vii a

**A** U-dís-tis \* qui-a di-xi vo-bis: Vado et véni-o

ad vos. Si di-li-ge-ré-tis me, gaude-ré-tis ú-tique qui-

a ad Patrem vado, qui-a Pater ma-ior me est, alle-

lú-ia. E u o u a e.

Canticum Magnificat invenitur p. 771.

## Preces

Deum Patrem, qui Christum suscitávit et ad dexteram suam exaltávit, súpplícés exorémus:

℞. Per glóriam Christi custódi pópulum tuum, Dómine.

Pater iuste, qui Iesum a terra per victóriam crucis exaltásti, fac ut ómnia ad eum trahántur. ℞.

Per Filium a te exaltátum emítte Spíritum Sanctum in Ecclésiám, ut ea sit unitátis totius humáni géneris sacraméntum. ℞.

Novam prolem, quam per aquam et Spíritum Sanctum genuísti, fidélem serva suo baptísmati in vitam ætérnam. ℞.

Per Fílium tuum exaltátum míseros súbleva, † cárcere deténtos líbera, sana ægrótos, tuisque beneficiis mundum lætífica. ƿ.

ƿ. Per glóriam Christi custódi pópulum tuum, **Dómine**.

Fratres defúctos, quibus corpus et ságuinem Christi gloriósi præstitísti, fac novíssimo resurrectionis die partícipes. ƿ.

*Oratio conclusiva*

Fac nos, omnípotens Deus, hos lætítiæ dies, quos in honórem Dómini resurgéntis exséquimur, afféctu sédulo celebráre, † ut, quod recordatióne percúrrimus, \* semper in ópere teneámus. Per Dóminum.